


BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE













Senza note tipografiche; ma fuor di dubbio edizione
romana di Stefano Planneck, di cui si riconoscono
qui gli eleganti caratteri semigotici. Non
l'avvertì l'Audiffredi, il quale nel suo Cat.
Rom. Edit. Saec. XV. pag. 377 cita una diversa
edizione di questo trattatello di Enea Silvio
Piccolomini

P. S.

¶Somnium Eneę Siluij de fortuna Incipit.

Neas Siluius S.p.D. domino Procopio de rabenſtein
militi litterato ⁊ preſtanti. Noctu preterita priuſq̄ me q/
eti cōmitterem multa mecū de te locutus ſum mirabarq; tuis
virtutibus non dari locum conuenientem: quia licet acceptus
ſis Ceſari: non tamen vt par eſſet te video. nam cuȝ reluceat in
te nobilitas ⁊ probitas non video: cur inter primores poni non
debeas Accuſaui ergo fortunam: que tum bonorum: tum diui/
tiarum creditur diſpenſatrix: pluraq; in eam ſtomachatus dixi
vt que viros premeret bonos: extolleret malos. nec finem feci:
donec altus me ſompnus oppreſſit. Inter dormiendū vero mi/
ra per quietem ſum contemplatus: que tibi nunc referre decre/
ui. tu arrige aures: reſq; tum miras: tum ſtupendas agnoſce.
Jam noctis decurſo ſpacio ſyderibus dubijs poſtq̄ pigri boeti
frigida ſarraca circumegerant: viſionem hanc habui. In locos
letos ⁊ amena vireta deueni. gramineus campus in medio for/
tunati nemoris. erat riuo cinctus ⁊ muro. duo illic porte. altera
cornea: altera candenti nitens eleuanto: muri altiſſimi ex ada/
mante conſtructi. riuus immenſe profunditatis. nulli acceſſus
ad portas: niſi per pontes: qui tamen cathenis eleuati: paucis
aduenientibus dimittebātur. In ripis e regione portarum exi/
ſtentibus ingens virorum ac feminarum turba conſedebant: tē
denteſq; manus orabant transmitti. Territus hac nouitate dū
hac ⁊ illac circumcurſo plures mihi obuij dantur: quorum faci/
es agnoſcebam. neſcio tamen quare factū ſit: vt nemo mihi ſer/
monis copiam faceret. veni ad corneam portam: in cuius ſum/
mo hec litteris antiquis inſcripta conſpexi. Paucos admitto
ſeruo pauciores auidus noſce quid foret interius. Juuenē qui
ſupra turrim erat: magnis precibus obſecraui: incaſſum tamen
mihi vt fores panderet. tum forte adoleſcens venit magna co/
mitante caterua: cognoſco habitum ex Rheni partibus erat.
quiſnam hic eſt inquam. Accedit me vir togat⁹: credo me italū



nouit italus· ⁊ Ludouicus est hic ait dux Bauarie princeps ele
ctor· qui trans illum murū nos ducet · At ego· Mi vir impetra
⁊ mihi transitū si qd iuris habet cōis inter nos patria. Faciam
inquit ille· virqꝫ locuti eramus cū pōtibus dimissis: Ludouic⁹
ingressus est· ⁊ vna secū ꝙplures alii: quos ianitor nominatim
appellauit· Ego vt explorator sub pallio principis: qui Ludoui
co herebat· vnus ex Brandeburgensib⁹ marchionibus visus est
latitans intraui· Illic florea prata riui: tum lacte: tum vino cur
rentes· frigidi fontes· lacus piscibus pleni· balnea suauissima·
densi luci· vineta semꝑ vuis onusta arbores ꝑpetui autumpni·
quales hortus hesperidū vel pheaces habuisse credunť· Poma
quorꝫ solo pascaris odore. per siluas fere mansuete captu faciles
volucres ⁊ esui ⁊ cantui nate· vnicus est apud Ethiopes locus
Eliotrapeza nuncupatus. opiparis epulis semꝑ refertˀ: quibus
indiscreti oēs vescunť: apud quē lacus tenuis: laticis haustu sa
luberrim⁹ hic plurima sunt huiusmodi loca· mēse sub arborib⁹
parate. gēmatis vasculis· paterisqꝫ aureis onerate. nullū faler/
num cōparari vino potest: qd vino saxo illic manat. mella pas/
sim fluunt· arundineta succaro plena· omne genus aromatū ex
arbore cadit· auri ⁊ argenti inexhauste minere. lapilli preciosi
tanꝗ cerasa in nemorib⁹ pendēt· venuste puelle: elegātesqꝫ iu/
uenes: ꝑpetuas ducunt coreas. quicqd musicū est illic resonat·
nō tam voluptuosam suis sequacibus paradisum Machomet⁹
repromisit ꝙ hic vidisses· dispēsatores huc ⁊ illuc discurrebant
Bachus ceres ⁊ Venus silua mirtea cōcubitus admittebat· Iā
ego ex pallio ꝓdierā: cupidusqꝫ vidēdi: per medias letantium
turbas ibam securus· tum Vegius poeta laudensis me aggredi
tur· ⁊ o inqt Enea: quo huc pacto venisti? Amplexus amicum:
exposui casum· Tum ille· voluissem te vocatū fuisse· nā hic pre/
ter iussum here: nemo manere potest· illa si te viderit: mox iube
bit expelli· Tū ego· quenam est hec dn̄a: cui⁹ expectať vocatio?
Vera fortuna respondit Vegius: cuius munere omnes qui su/
mus hinc: feliciter viuimus· illi totus obedit orbis· quicqd hec

iussit factum est·tum ego·ergo tu ex felicibus unus es:qui sole
bas esse q̄ꝫ miser·sum inquit Uegius.dilexit me tandē hec do/
mina:summiq; Pontificis mihi gratiā cōsciliauit. canonicūq;
basilice sancti Petri fecit·ha inquam.ego iam incipiam domi/
nam colere tuam:siquos bonos euehit:ego sepe in eam inuect?
sum:qꝛ malis bonam ꝛ malam bonis eam videbam·Scis q̄ꝫ bo
nus fuerit Socrates:nunq̄ꝫ illi arrisit Platonem:qui fuit phi/
losophorum maximus in seruitutem redegit·Pictagoram sem/
per vagari compulit·Ciceronem q̄ꝫuis ex rethore consulem fece
rit.in manus tamen postmodum inimicorum dedit· ꝛ Antonij
gladijs interemit·Scipionem in exilium misit·Fabricium ī ca/
tino terreo:seu ligneo comedere fecit. Primum Cathonem pau
pertate grauauit·sibi vt manus consceret alterum iussit. Aspi/
ce viuentes. q̄d Juliano Cardinali sancti angeli tot virtutib?
ornato repensum vides! Quid Johanni sancti Petri! Johanni
sancti Calixti!ac Johanni Tarentino:eiusdem ordinis viris!
quid est his quod vel probitati vel scientie correspondeat·q̄s
dicere potest Gasparem Cancellarium:q̄ꝫuis ducem sibi coniu
gem copularit dignas laborum retributiones tulisse· qui iam
trium Cesarum Cancellarius fuit· Guilhelmus de lapide·mi/
les insignis:non minus litterarum q̄ꝫ armorum scius: q mun/
dum virtutis agnoscendi cupidus pagrauit·q̄d suis meritis
dignum est assecutus. Cāpisius nr̄ ph̄ia plenus:qui sedis apo/
stolice seruicijs:etatē suā consecrauit pauperior Codro ē·vni/
cus miles est·aut si comites habet:vix q̄tuor sunt·Procopi? Bo
hemus in curia Cesaris:qui licet lr̄as amat·colatq; indocti tn̄
atq; hebetes sibi p̄ferunt·nolo referre:quos asinos viderim exal
tatos sup cedros libani·qui etiam hodie florent hoīes sine lit/
teris elingues·sine sensu·vix man? dextra quot hꝫ digitos no/
rūt·Securi? est mortuos q̄ꝫ viuētes carpe·q̄d deteri?:aut horri
bili? monstrum Nerone fuit!quid Tyberio sceleratius!his ta/
men imperia q̄ꝫ Uespasiano ꝛ Tito pijs cesaribus diuturnio/
ra fuerunt· Quid Domiciano turpius·bestiam tamen illam

mundi ceruicibus imminentem pluribus annis pertulit orbis. Iouinianum quia religiosus. Clemensqꝫ fuit oppressum fumo carbonum mox amisit. quot Cripinus villas erexit monstrum a vicijs nulla virtute redemptum. Spado Claudij Neronis Posphides tot diuitias possidet: vt edes suas ornatiores ⁊ ampliores Capitolio construeret. Gabrinus Cremonensis septem dominos suos interemit. quibus in fetida sepultis cloaca dominatum suscepit: non possim viuentem aliquem non tangere. Patrem Philippi ducis: qui nunc Burgundiã tenet: in presentia Regis Francie: prepositus Parisiensis securi percussit. is nunc in prouincia quietissima habet vitam: pinguibus agris donatus hic tamen ⁊ homicidium fecit. ⁊ publicam fidem fregit: quam miser ille secutus fuerat. hec mihi bilem sepius commouerunt. at postqꝫ te virum probum ⁊ doctũ. iam fortune blãdimentis video delinitum fio mitior illi putoqꝫ non te solũ ex bonorum numero gratum esse huic matrone: sed duc me oro vt illã intuear. Ita est: inquit Vegius. plures boni sunt in hoc cõuentu: quis mihi non arrogo ꝙ tu nomen das: scio me peccati reum esse indignumqꝫ gradu meo. sed ita placitum est: tum fortune: tum meo pontifici: atqꝫ vt agnoscas bonos quoqꝫ huic domine gratos esse. audi me parumper. nolo Cõstantino magno nerue Traiano. duobusqꝫ Theodosijs ipsiqꝫ primo Augusto quanta felicitas arriserit: quia probi fuerunt. Nunc disputare ad viuos venio. Quid tuo Cesari religiosissimo? Quid modo Pontifici sanctissimo. num se blandam fortuna ostendit? Regẽ Aragonum quis eleuauit nisi fortuna. Quis ducẽ Tlocestrie magnum fecit? Quis Colonienses ⁊ Treuerenses antistites magna est horum virtus. ⁊ tamen fortune flati sunt sublimati. Diceret horum aliquis meum genus erexit me. Sic ⁊ Saxones ⁊ Bauarie duces dicere possent: tanqꝫ nihil in eis fortuna fuerit operata. sed quis eos tam alte nasci fecit nisi fortuna. Poterat hec si voluisset Regis Hispanie vel Anglie me loco supponere: nulla virtute nostra: sed casu generis nanciscimur clarita-

tem· ꝙ si plures sunt virtuosi quos fortuna preterit: nemo ira/
sci debet. Potest enim hec dña que sua sunt bona: cui vult elar/
giri· hoīes in mundū non ad opes possidēdas: aut pfruendas
delicias: sed ad labores nascunt̄· viuereqꝫ in terris non tanq̄
incole: sed vt aduene peregriniqꝫ debēt futurāqꝫ patriā p opera
virtutis inquirent· In magna vero fortuna nō facile virt⁹ repe
ritur. qđ aīaduertens· Theban⁹ ille phūs ingens auri pōdus:
in mari cōiecit: vt expeditiorē se traderet phīe· Christus salua/
tor nr̄ diuicias tanq̄ spinas ⁊ tribulos docuit fugiēdas: ei⁹ di
scipuli pauptatis amatores fuerūt: victū ⁊ vestitū habētes: his
contēti erāt· nec Hieronym⁹ q̄uis doctissim⁹: in tenui gaza for
tunā accusauit: quia nō illā dñam sed xp̄m dñm sequebat̄: trā/
sitoria p ppetuis spernēs· Anthonius abbas quid fortuna de/
derat: sponte reiecit· ꝙ si sane mētis essem⁹: odiū poti⁹ q̄ fauo/
rem appeterem⁹ fortune· cuius blādicie maximū prestāt impe/
dimentū ad eterne vite cōsecutionē· rarusqꝫ est ⁊ coruo: nam ra/
rior albo qui ⁊ fortuna simul ⁊ iter in celū sequi valeat: sed com
primo me: ne huic domine videar detraxisse: cuius amplexibus
iam delector: tu tamē caue ne Procopiū: vel alios quos nomina
sti· virtutis amatores dicas expertes fortune. nec enim vel Car
dinales: vel forte Milites essent: vel generosi: nisi fortuna iuuis
set. solus Campisi⁹ est ex quo nihil suū potest fortuna repetere·
Sed eamus si stat sententia ppius: videamusqꝫ dñam istam re
gnoꝝ atqꝫ imperij motricē· Eam⁹ inquā ego: ⁊ si forsitan hos/
pes inuisus ero: vix quantū velox ex arcu sagitta volitās currit
vie cōfeceram⁹ cū apprehēdēs Vegi⁹ dexterā meā respice inqt
dextrorsum Enea ibi nursia est dña: tētoria illic purpurea erāt
margaritis ornata: que centū iugera cooperiebāt· In medio so/
liū erat per altū lucens clari⁹ smaragdis· miri preterea lapides
ebur solij vestiebant· Sagada gēma: que in pfundo Eufratis
carine nauis se solet adnectere iocūdissime virens· mirhites co
loris mirrhe qui ad colorē attrit⁹ nardi odorē spirat Mitridas
que sole percussa varijs emicat coloribus· tū Pirrhites qui se te

neri nõ sinit vehementius Calacbias grãdinis candorẽ prefe-
rens Echites viperas habens maculas Dionisias qui sui natu
ra fuscus est ⁊ mixtus aqua: si cõteratᷣ vinũ flagrat solis gem-
ma p cãdida ad speciẽ fulgidi: syderis veneris: crinis qui rufo-
rum criniũ faciẽ prefert Selenites fulgore cãdido trãslucẽs. Pi
ropus q flãmas imitatᷣ. Meconites papauera exprimẽs. Mir-
mites reptantẽ formicã Calcoptongos: vt era pulsata resonãs.
Syderites certis maleficijs incantatus discordias excitans si-
milis ferro flogites: qui intra se q̃si flãmas extuantes ostentat
Antracias vt stella coruscans Enbidros exudans vt clausam ĩ
eo putes fontaneam scaturiginem Melochites arabicus Cras
sius Smaragdo virens infantum periculis sistens. Iris in
mari rubro reperta: que aeris percussu celestis arcus ex sese spe
ciem iacit. Andradamas nitoris argentei ãnioꝝ caletũ: impetꝰ
molliẽs. ⁊ tumentes refrenãs iras: ⁊ contra molestias neruoꝝ
vtilis. Pedros aspectu eburneo: ⁊ gratiarũ cõciliator Achates.
Incredibile enim est gemmarũ que illic perlucent: siqs referat
multitudinẽ ipsa fortuna grãdis matrona: duplicis aspectꝰ: nũc
blãdo vultu: nũc terrifico: vestibꝰ auratis geminatisqꝫ altiorez
thoꝝ tenebat: oculis grãdioribꝰ: sed plerũqꝫ clausis. in auribus
ceras vidi illa de naue petitas que siculos cantus effugit remi-
ge surdo caducũ in manu tenebat. in dextera eius dñatus sede-
bat honor: fauor: splẽdor: gaudiũ: officiũ: fastus: risus: amor: cõ
iugiũ: vigor: robur: decus: cãtus: potus. nec minori loco fama:
gloria: victoria: nobilitas: pax: reuerentia: leticia: potentia: for-
ma: laus: gratia: suauitas: iocunditas: hilaritas: dignitas: elon
pompa: prestãtia: familiaritas: clientela: rapina. vltimo supbia
libido: arrogãtia: obliuio: nuptie: consolatio. ad pedes eius q̃si
ancille siue pedissequꝫ: diuicie: pecunie: delicie: blãdicie: volupta
tesqꝫ stabant arreptis auribus: siquid hera iussisset auditure fa
ctureqꝫ. In gramine ꝟo locoqꝫ decliui: celle plurime cernebantᷣ
ostro tecte vbi plurimas vmbras sedere cõsperi. Perlucebãt enĩ
corpora sedentiũ: q̃ꝑuis pallida erant. versusqꝫ ad Vegiũ. q sũt

hi obſecro ſedentes viri reuerentia pigni ſubtriſteſq; hi ſũt in/
quit Vegius quos hec dña ab initio naſcentis mũdi dignata ẽ
magnos facere: ſed iam ſatis functi huc venerunt: vt quiſq; ma
ior fuit ſic fortune ꝓximior eſt. nec hic ex virtutibꝰ locus datur
ſed ex felicitate. Primꝰ hic eſt Auguſtus Ceſar diuũ genus: qui
aurea cõdidit ſecula quiq; ſup Garamãtas ⁊ Indos ꝓtulit im
perium. Alexander ſecũdus eſt: tum Julius Ceſar poſt Scipio/
nes duo inde Pompeius. Alius quẽ vides luſcũ Hanibal eſt. et
tum deinde Fabius maximus Emilius Paulus Marcus Mar
cellus. Alcibiades. Temiſtodes. Priamus. Hector. Agamenon.
Achilles. Ulixes. Darius. xerſes. Ninus. Preterea multos ille
quẽ vides ſigno crucis munitũ. Conſtantinus eſt hunc ſequit̃
Conſtantinus conſtans Conſtantinꝰ Ualentianus. Theodo/
ſius. Sũt ⁊ iuniores Carolus magnus. Pipinus. Arcturus. mit
to vetuſtiores. Sigiſmundũ tuipſe noſti. ⁊ Albertũ eiꝰ generũ
qui poſt ſocerum non diu regnauit fortunãq; tum ſcdam tum
aduerſam expertꝰ eſt. hic Albertus ex duce rex factus vngariã
Bohemiamq; recepit. nec diu poſt imperium eſt aſſecutꝰ. vt tñ
cito creuit: ita cecidit repente vix annis tribꝰ regnauerat. cum
morbo aſſumptus: ſpiritũ deo reddidit. tum ego qm̃ mõ inquã
felicitatem recipis: ego apud Juuenalẽ legi. neminẽ malũ eſſe
felicem: ex his quos nominaſti peſſimi plures fuerunt. ſcis q̃3
Hanibal ſeuus: q̃3 fallax: q̃3 cupidus fuerit. tu tamen hunc feli/
cem dixti. Ad hec Vegius non vt ſapientes nomen felicitatis
ſuſcepi: ſed vulgi morem ſum ſecutꝰ. apud qȯ felix dicitur: cui
plurima ex ſententia veniũt: ſiue bonũ eſt ſiue malũ qȯ optant
Item ego. non eſt mihi Vegi de mortuis: cura viuos. rogo mi/
hi oſtende. reſpice inquit Vegiꝰ illam plagam. vides ne iuuenẽ
albis comis planiſq; nondũ annos. xxx. natus eſt. rarꝰ in ore ri
ſus. grauis inceſſus viro. verba pauca. pudor ante faciem lõgo
vultu. ſtatura plus q̃3 mediocri. lato pectore video inquã: ſ3 qſ
hic eſt herꝰ tuꝰ Fridericꝰ Ceſar. inquit Vegiꝰ. tum ego agno/
ſco dominum. ſed curiſ fortune refugit vultum. quenam verba

loquitur domina·audio vocem: verba non teneo· Dicam tibi Enea, refert Vegi⁹· nō tam Ven⁹ Adonium dilexit q̄ȝ mea domina tuum herum·is tamen confugit: nec aspirāti annuit vultus fortune vt cernis bland⁹ ē Frederici oculi torui sunt· virq̄ȝ fortunam intuentur· nescio quid sibi sit menti verba fortune hec sunt. mane Frederice ⁊ te mihi crede· nemo regum te felicior erit si mihi auscultaueris: q̄ȝ si tu fugeris: ego etiam fugiam· vides' ne Silui· vt manum ad scapulas Cesaris fortuna posuit colliriumq̄ȝ vult prēdere. nescio an se capi sinat Cesar: quod superi farint· si fauentem fortunam spreuerit fugeritq̄ȝ· scio morē domine: nunq̄d sibi blandior erit superba est rogari poti⁹ vult q̄ȝ rogare: nunq̄ȝ vidi hanc heram tam se alicui blandam prestitisse q̄ȝ nunc est tuo domino· Felix ille si fortunam sequatur· miser si fugiat· tum ego ille proxim⁹ Frederico: qui eleuata ceruice graditur: passumq̄ȝ maiorem facit paululum fusc⁹ quisnaȝ est German⁹ ei⁹. inquit Vegi⁹. Albert⁹ dux liberal: vastiq̄ȝ animi eum sequitur patruelis Sigismund⁹. incessu celer· ingenio promptus et manu· Post hos Vlric⁹ Sillace⁹ comes mortalis pugne magister amator non fidelis q̄ȝ felix· ille matur⁹ euo grandiq̄ȝ corpore si quis sit queris vide ad pedes ibi calceus: dicit dominus de Vualcee ego sum· Hos sequuntur viri prestātes Chemensis ⁊ Gurcensis Episcopi Cancellari⁹ heres tu⁹ Gaspar: qui vt dicis minus habet q̄ȝ mereatur magister camere zebinger Marescallus· hi delecti sunt Norenbergam petere si petierint in patria remanebunt Leonardus Pataujensis episcopus Comes de Schauuenberg magister curie: qui omnes fortune sunt filij: q̄ȝuis singuli suam querantur sortem. Rurs⁹ ego· quenam horum fortuna est omnium· bona inquit Vegius si tu⁹ her⁹ fortune vocib⁹ auscultauerit varia si ob audiuerit· dū sic famur video pua statura virū· nigro vultu· letis oculis· qui man⁹ in capillos fortune cōiecerat: arreptaq̄ȝ comasta: tandem domina: meq̄ȝ respice dicebat· quo me fugis iam annis duodecī

capta es ſiue velis ſiue nolis: vt me reſpicias oportet: ſatis mi
bi aduerſa fuiſti. nunc alium vultum prebebis reor· aut mihi
blanda eris: aut omnes tibi crines euellã· cur me fugis? magna
nimũ puſillanimeſqꝫ ſectaris· Fortune quoqꝫ in eũ vox erat· vi
ciſti fateor nec me amplius experireris aduerſam· Tũ ego· qs
hic eſt inquã Vegi qui fortune vim facit· Alfonſus refert ille
Rex Aragonũ: qui cũ fratrib9 apud Ponciã captus· Philippoqꝫ
duci Mediolanenſi datus· dimiſſus deniqꝫ nouis ſe prelijs im
miſcuit: aduerſamqꝫ dominã inſecutus· tantũ inſtando perſe
uerandoqꝫ fecit: vt victã pudore fortunã iam in ſuum fauorem
reuocauerit· Alius quẽ vix tribus a fortuna diſtantem paſſib9
cernis Burgundionũ dux eſt. ⁊ cum eo coniunx cordata· lõgus
ille ⁊ ab homine tardus: qui vix vocẽ exprimit· Inſubribus pre
eſt huic hera ſepius arriſit: ſed non audiuit vt par erat dñe vo
cem. ideo minus agri poſſidet· minuſqꝫ poſſideret: niſi minas
fortune liberalitas confregiſſet· Ille in armis letus Johannes
eſt vayuoda Tranſſiluanoꝝ dux: cuius virtute fracti Teucri
Vngariã reliquerũt hic niger Giſcra eſt: cuius armis defenſe
ſunt Latiſlai partes· b· caluus Bohemus ptaſco eſt vir ſenſat9:
voluntate varia· ante hunc Piceninum videre potes: cuius vir
tutem mirari magis referre poſſumus apud eũ Franciſcus Ca
tiuiola ſtat magis fortune fauore: quã ſuis virtutibus in hanc
diem magnificatus· Inter hos ego matronalẽ habitũ cernens·
⁊ quenã inquã illa eſt femina: que ante alias tribus paſſibus
pergens tam faſtuoſa videtur· hec inquit Vegius. Venetia eſt
que pecuniaruꝫ fortune claues habet: tarpeiamqꝫ cuſtodit· alia
eſt Burgẽſis ciuitas. Tertia Colonia Norinberga. ſubinde Ar
gentina· ſequitur Vuienna quoqꝫ inter has eſt nõ vltima Flo
rentia Venetijs proximat· ſed timeo illi que pluribus iam an
nis fauorem fortune minorẽ ſentit· Tua Sena floret nunc: ſed
minas neſcio quas audio· Barſchilonia ⁊ Valentia florẽt· Lõ
donie quoqꝫ ſplendide ſunt vt vides. Tum ego video togatos
quoſdam qui nam ſunt hi· Primus eſt meus Pontifex inquit

Vegius. Num Eugeniū nosti? Proch inquā ego etiā res eccle/
siasticas fortuna versat. nō minus q̄ tpales. inquit Vegius. ex
quo nostri sacerdotes dominari ceperunt. ꝛ mundialia potius
q̄ spūalia curare. Felix post eū sex gradibus sedet imius: quia
principes nō sequunť eum. Illi Cardinales sunt: tu omnes no
sti. si vultū intueberis: tres electores altioribus accumbunt tho
ris. Patriarche pauperes sunt tā latini q̄ greci: ideo retro stāt
Ille vidue pullatis indute vestibus: que post Alexandrū Her/
culemq; iacent vrbes sunt: que quondam splendide: nunc solo
equate sicut iussit fortuna cernuntur. Illa in mōribus sita Car
tago. altera super Eufraten Babylon Troya Columen Asie in
ter anctū ꝛ Simeontem diruta. ille Amphionis Thebe. tū ma/
ter musarū Cetropis ꝛ armis quondā potēs Lacedemon. post
ego quinam obsecro illi sunt qui se nostris horrent miscere. Pri
or ille Soldanus est inquit Vegius: cui paret Egyptus. alius
Teucris imperat. tertius Parthis. quartus Affris. ille nudus
brachijs tm̄ indutus ꝛ armillis: cui diues ex collo torques pen/
det. Indoꝝ habet dominatū. Post hec ad sinistrā me verti. ibi
paupertas sedebat ignominia: derisus: iniurie: morbi: senectus
tormenta: carceres: fames: dolor: stridor: timor: pudor: odiuz: in
uidia: desperatio: caritas: bellum: pestis: solitudo: verbera: cure
ꝛ mille maloꝝ nomina. campi sitientes nudi aut lapidibus te/
cti. ꝛ quidnā rogo sibi vult hec vastitas Vegi. hic habitant in/
quit ille: q ex alto gradu ceciderunt. postq̄ fortune fauorē ami
serunt. vides ne sublimen illā matronā: septē collib⁹ quasi pedi
bus subsistentē. hec est aurea quōdā siona iam lutea. Capua nā
sequitur. Siracuse ꝓxime. tum Genua Pisa Luca Parisius in/
ter Germanos floręt adhuc vrbes sola Praga splēdor terre de/
clinat. Cōstātinopolis Tracū caput morti ꝓpinqt: oīa tēpus
domat: nec vlli fortuna ꝑpetuo bona ē. hic mestus submisso ca/
pite sienatus est quē fortuna ex Apulie finib⁹ pepulit. ille Tho
mas fulgosi⁹ est: q ex ducali solio tractus in carceres. iacet in
pedore. hic Pancratius vnco teneť q solebat cū omnibus: tum

maxime Cācellario tuo infestissim⁹ esse Borbonij dux·ibi est q regno Frācie dicebat leges nūc dominij parte mulctatus extra regiā esse iubetur·vides ne senē Procerū cana ꝛ dimissa barba hic Ludouic⁹ est dux Bauarie·quē filius dn̄atu priuatū domi clausum seruat·dū sic loquit̄ Vegius·rursus in dextrā feror·vi deo campū nube cādida.tectū dūqꝫ introspicio seu vera seu fi/cta figura fuit·Latislaū puellū diademate ꝛ vestib⁹ ornatū re/gijs visus sum videre pluresqꝫ secū infātes ludere·petoqꝫ Vegi um·qui nā sunt hi nube candida circūuoluti·hi sunt inqt Ve/gius·quibus fortuna fauorē spōdet:si fatoꝝ munere vixerint· vix ista locutus erat·Vegius cū dea in me oculos contorsit con tractisqꝫ supplicijs·quis te huc accersiuit·inquit Enea·nemo inquā ego sed auidus te visendi introgressus suꝫ·noli mihi suc censere·vidi regnū tuū iam abibo·vnū tm̄ ex te peto suplex mi/hi·vt paucis rogatibus rn̄deas·Faciā inqt illa ꝑpone·tū ego· q̄ꝫdiu es hominibus blāda·nulli diu respōdit·iteꝝ ego·quib⁹ artib⁹ potest tuus fauor acquiri·nullus inquit illa nisi solū⁹ im portunitatis remedio·quis te plus alijs retinet·qui meū impe rium maiori sustinet animo?qs tibi odosior?pusillanimus?qs te tute spernere pōt.sapiēs·qn̄ mihi blandior eris·cū te vocabo sum ne vocād⁹·scies postea·Quis tibi ex oīb⁹ viuētib⁹ est acce ptior?qui me fugat nō q fugit·Satis habeo vale·ꝛ tu vale·nec nec te mei gregis esse negaueris·inqt Fortuna·q̄ꝫuis tibi non dederim auri mōtes nā ꝙ pleriqꝫ te amāt·tibiqꝫ bn̄faciūt: meū est sic rettuli gr̄as atqꝫ abij·Vegius an̄ portā me dimisit·ibi in ter porrigentiū man⁹ turbā·Peregallū inueni amiciorē amico. ꝛ parē sibi Michaelē Sueuū.tū Vuēceslaū ꝛ Jacobū cācellarie gleb ascriptos·q vt me viderūt:circūfusi ꝑcōtabant̄ quidnā vi dissem·Sed dū illis refero visū:mox sompno solutus sum· Tu vale ꝛ qd hec sibi velint sagaci tuo ingenio discute·mihiqꝫ ape/ri·Jterū vale·mel meū olus Epicuri·ac Pictagore ligumē·Ex Vuienna.vi·Calendas Junias·Anno Millesimoquadringen/tesimoquadragesimoquarto.

H* 189